



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. VI. De Votis simplicibus Religiosis tum ante, tum post expletum
Biennium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

C A P. VI. *Señ. I.* 55

quis inutilis videatur nostro Instituto; & de singulis sub finem biennii quid ipse sentiat; ut supra dictum est. Si verò fuerit etiam Rector, scribet frequentius, ut infra cum de Officio Rectoris dicetur.

R.M.N. 56.


57.

C A P U T V I.

De Votis Simplicibus Religiosis tum ante, tum post expletum Biennium.

S E C T I O I.

De Votis non expleto Biennio.

I.  Um præter communem morem Biennium integrum transigendum sit, antequam Novitiatu expleto, per simplicia Coadjutorum & Scholasticorum Vota, Nostri fiant Religiosi; ad solatium spirituale, & uberius meritum illorum, qui sic probantur, permitti eis à Superiore poterit; ut consue:ta formula non tamen in cujusquam manibus, sed in secreto animi sui, Vota prædicta emittant: & ad memoriam conservandam obligationis factæ, unum scriptum ejus, quod Deo promiserunt,

Cur, & quomodo hæc Vota emittantur.

a Ex. c. 1. E. &
P. 3. c. 1. T. &
P. 5. c. 4. §. 6.

*Cujus facultate
emittantur,
& quid ad ea
consequatur.*

b P. 3. c. 1. T.
& Con. 2. D.
14. & Con. 4.
D. 62. & R. M.
N. 55.

c Con. 12.
Act. 39.

d P. 2. C. 1. A.
& C.

penes se retineant, alterum Superiori tradant; quin etiam in libro aliquo horum memoria honestas ob causas asservetur. *a*

2. Ad hæc verò emittenda Vota Novitii compellendi non sunt, nec instigandi.

Quin primo anno solus Provincialis, rematurè considerata, facultatem ad ea nuncupanda dare poterit. At qui emiserint, postea bis in anno statutis diebus tempore Novitiatus, seorsum ab aliis, qui biennium expleverunt, ipsi simul inter se illa renovabunt. *b* Quam autem obligationem inducant hæc Novitiorum vota, declarandum à P. N. Generali. *c* Id certum est his obstrictos difficilius dimitti debere à Societate, nec nisi Provinciali consulto. *d*

S E C T I O II.

*De Votis post biennium. A quibus
& quorum facultate hæc Vota
emittenda.*

*Prærequisita in
Votantibus.*

1. **E**Xactis duobus annis Probationis, qui se perpetuò obediens exhibuerunt, & in sua conversatione, & variis experimentis ædificationem præbuerunt, & magna cum humilitate pœnitentias pro erratis, & negligentis injunctas sibi erunt, fi

si ipsi & Societas contenti fuerint, ad eorum majus meritum, & stabilitatem Vota simplicia Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ emittent, cum promissione Societatem ingrediendi. *e* Hæc autem promissio infra Sect. 3. §. I. & Sect. 7. §. I. explicabitur.

e Ex. c. 4. §. 41.
& c. 7. §. 1. &
P. 5. c. 4. §. 3.
& 6. & C. 9.
D. 39. §. 1.

2. Quod si, expleto probationis tempore, contentus quidem Novitius est, & exoptat se in corpus Societatis admitti; verum Societas dubitat de ipsius talento, vel moribus: securius erit in alium annum, vel tempus, quod videbitur, id prorogari; donec utrique parti plenè in Domino sit satisfactum. *f*

Quid agendum cum iis qui non satisfecerint.

f Ex. c. 4. §. 43. & P. 5. c. 1. §. 3. & C.

3. Quare Magister Novitiorum diligenter observare debet in toto Probationis decursu, an ineptus aliquis, aut inutilis nostro Instituto probabiliter futurus sit; & in Scholasticis præterea, ut ex eorum ingenio speretur, eos in literis profecturos. In quo major habenda est ratio boni communis ad gloriam Dei, quàm particularis cujusque. Quid autem sentiat hac in re, ad minimum sexto quoque mense ad Provinciam scribat, ut ipse provideat. *g* Rursumque ad eundem scribat, ut cum illius facultate consueta Vota Societatis emittant, aut diutius probentur, aut dimittantur. *h*

Magistri Novitiorum cura.

g P. 5. c. 2. §. 5. & R. M. N. 56.

h R. M. N. 57.

4. Per-

*Et Provincia-
lis.*

*z P. 2. C. 1. C.
& R. Prov. 41.*

l In. 6. §. 2.

*Penes quem sit
facultas admit-
tendi ad hac
Vota.*

*m P. 5. C. 1. §.
2. & P. 9. C. 3.
§. 1.*

*n Greg. XIV.
p. 281.*

o P. 5. C. 1. §. 2.

4. Pertinet enim ad Provinciale diligenter dispicere, ut qui minus idonei ad nostrum Institutum, & tandem aliquando dimittendi videntur, intra biennium Probationis dimittantur. *z* Quo in negotio, rejectis ineptorum Patronis, Magistri Novitiorum iudicium magni faciat; nec se difficilem in dimittendo exhibeat: neque enim necessario præmittenda consultatio est, aut expectandæ graves culpæ, ut Novitius dimittatur. *l* De potestate autem contrahendi biennii tempus requisitum ad Vota Scholasticorum, aut Professionem, vide quæ dicta sunt supra Cap. 5. Sect. 1.

5. Extra controversiam est, penes Præpositum Generalem primariam facultatem esse admittendi ad Vota post biennium; *m* nec referri debere ad Capitula, seu Congregationes, ut aliqui contendebant. *n* Quia tamen Generalis tam variis locis interesse non potest, aliis de Societate eam partem hujus facultatis communicare poterit, quæ ad totius hujus corporis bonum facere videbitur; *o* & re ipsa ordinariè & absolutè eam communicabit Præpositis Provincialibus; nec repugnat eam tribui Præpositis localibus, vel Rectoribus, & aliis Visitoribus, aut Personis insignibus: immo aliquo in casu alicui, qui de Societate non esset,

esset, ut Episcopo, vel Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ: cum nullus ex Professis ejusdem Societatis eo in loco, ubi aliquis ita est admittendus, inveniretur. p

6. Non habet verò Provincialis ordinariam facultatem, ut admittat ad Vota hæc ante 17. ætatis annum expletum: & irrita sunt, si secus fiat: q quamquam prima Renovatio Votorum post annum 17. expletum habet vim primæ & validæ nuncupationis. r Quod ad Generalem attinet; licet is ex Constitutionibus habeat facultatem dispensandi, ut ante 14. completum (quæ ætas ordinario jure requiritur s) admittatur ad Probationem; unde facile inferri posset, penes eundem esse etiam potestatem admittendi illum, cum quo dispensaverit, ad Vota Religionis post biennium, atque adeò ante 16. completum; tamen ex Conc. Trid. s universaliter interdictum est, ne quis professionem Religiosam validè emittere possit, antequam expleverit 16. ætatis annum; quod Decretum etiam in Votis Scholarium servandum est.

p P. 5. c. 1. B.
& Reg. Prov.
65.

Limitatur Provincialibus.

q C. 8. D. 35.

r C. 12. D. 13.

s P. 1. c. 2. §.
12. & c. 3. K.

t Sess. 25. de
Reg. c. 15.



SECTIO

S E C T I O I I I.

Quo pacto emissuri Vota instruendi sint.

*Præmonendi de
Obligatione
quam contra-
hant.*

1. **S** Ed ante hanc admissionem ad Vota admonendi sunt omnes, quod Votis post biennium emissis non poterunt sine facultate Generalis à Societate discedere, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, etiamsi ad aliam Religionem transirent. * Explicetur etiam ipsis apertè (quod & initio, & sexto quoque mense factum esse oportuit) promissionem illam ingrediendi Societatem, quæ fit in formula Votorum esse Votum, quo obligantur ad recipiendum Gradum Coadjutoris Formati, vel Professi, prout Generalis Præpositus judicaverit. * Doceantur præterea, Renovationes Votorum, à se deinceps de more Societatis faciendas habere vim primæ nuncupationis; si fortè ex aliquo defectu prima Vota vim suam non obtinuerint. y

* Pius V. pag. 100. &c.

* Ex.c.7. §. 1.
& P.4.c.4.E.
& P.5.c.1.A.
&c.4.E.&C.
4.D.4.5.&7.
& 50. & In.
ad Sup.c.6. §.

9.
y C.8 D. 22.
& C.12.D.13.

*Peculiariter
Scholastici &
Indifferentes
examinandi.*

2. Qui verò in Scholasticos admittuntur, interrogentur: an velint se duci finire circa ea, quibus studere debent, ac studiorum modum, & tempus; &, an contenti futuri sint eodem modo, atque alii, in Collegio agere; nullisque privilegiis aut præ-

roga-

rogativis minimum omnium, qui in eo fuerint, anteire, omnem sui curam Superiori relinquendo. & Qui verò ut Indifferentes admissi sunt, de quibus in Exam. c. 1. §. 11. & c. 8. non relinquendi post biennium Novitiatus in eo gradu; sed determinentur ad aliquem aliorum, nempe vel Scholastici, vel Coadjutoris Temporalis, prout expedire judicabitur. *a*

3. Considerandæ præterea sunt Literæ Apostolicæ, Examen, & Regulæ: reddenda etiam conscientia ratio: & præmittenda Confessio Generalis postremi semestris; ad quam melius instituendam, seseque in prima deliberatione confirmandos, per unius hebdomadæ spatium ad spiritualia Exercitia se colligent. *b* Et si Superiori videbitur, per triduum ostiatim pro Christi Domini nostri amore mendicent: ut contra quàm est communis hominum sensus, ad divinum obsequium & laudem magis se possint submittere: ut etiam magis sint dispositi ad id ipsum faciendum, quando illis injunctum fuerit. *c*

4. Formula, sub qua emittenda sunt hæc vota post biennium, legitur in Constitutionibus Part. 5. cap. 4. §. 4. ibidemque §. 3. & l. D. subditur: Ut hoc Votum soli Deo offertur, & non homini, ita nemo id ad-

z Ex c. 7. §. 3.
& 4. & R. M.
N. 80. & c.

a C. 4. D. 52.

Quid præstandum immediatè ante ipsa Vota.

b Ex. c. 4 §. 41.
& R. M. N. 57.
63. 67.

c Ex. c. 4. §.
27.

Ritus nuncupationis Votum.

admittit. Propterea in nullius manibus fieri dicitur ; in Sacro tamen coram aliquibus Domesticis , non tamen inter eos , qui tum fortè Vota renovarent , nuncupatur ; & sanctissimum Christi corpus à Vovente

d P. 5. c. 4. §. 3.

4. & R. Prov.

66. & R. M. N.

57.

e Ord. c. 1. §.

12.

f C. 5. D. 4. &

C. 9. D. 39. §.

5.

*Servanda scriptura
to Votorum memoria.*

fumitur , *d* nisi Sacerdos fuerit ; nam is ex antiqua consuetudine , quo primùm die elapso biennio Vota emittit , celebrare solet. *e* Adverte , licèt hæc vota soli dicantur Deo offerri , & non homini ; non tamen sequi Scholasticos ea edentes , in Societatem ipsam non admitti ; ut ex pluribus locis Bullarum , & Constitutionum patet. *f*

§. Post emissa hujusmodi vota , in Libro ad hoc destinato , eorum memoria , justas ob causas , debet asservari : & qui emisit , subscribat se tali die , & anno emisisse vota , & clarè intellexisse vim promissionis factæ ingrediendi Societatem hanc esse , quod maneat obligatus ad eam indifferentiam , de qua supra §. 1. dictum est. Subscriptionis autem hujus forma petenda à Reg. 57. Mag. N. *g*

g P. 5. c. 4. G.

& C. 5. D. 50.

§. 1. & R. M.

N. 57.



SECTIO

S E C T I O I V.

*De Effectibus horum Votorum in
communi.*

I. Resultant ex hujusmodi Votis plures effectus morales, seu legales; quorum alii referuntur ad Vota in genere, alii ad eadem in particulari. Effectus in genere sunt 1. licet hæc Vota simplicia sint; & qui ea emiserint, ut ex ipsa formula constet, aliqua ratione extra Societatem dicantur; quatenus hæc, acceptione in Constitutionibus magis propria, Professos, & Coadjutores Formatos duntaxat continet, tamen verè in corpus Societatis cooptati dicuntur: nec modò illius meritorum & Privilegiorum, non secus ac Professi participes efficiuntur; sed verè, & propriè Religiosi sunt, & nominari debent; cum Vota substantialia Religionis nuncupaverint, Sedique Apostolicæ immediatè subjecti, & à quorumvis Ordinariorum, Delegatorum, seu aliorum Judicum jurisdictione omninò exempti sint. *h*

2. Unde fit, eos, utpote veros Religiosos, si à Societate defecerint, excommunicationi, & aliis Apostatarum poenis subjectos

*Emittens verus
Religiosus per
illa constituitur.*

*h Ex. c. 4. §.
17. & C. I. D.
94. & P. 5. c.
1. A. & Greg.
XIII. p. 225.
& 236.*

Et Apostata habendus ab illis deficiens.

in C. 4. D. 53. & Greg. XIII. p. 237. Etos esse. Nec modò ad sæculum sua sponte redire non posse, sed neque ad quamcumque, etiam arctiorem Religio-

in Pius V. p. 99. nena migrare, una excepta Carthusiensi: immo jam nec ad ipsam Carthusiensem ex Privilegio concessò Carmelitis Discalceatis à Paulo V. in Bulla *Aliàs illos*; quo Privilegio Societas gaudet. m

m Pius V. pag. 119.

Quare illis non est liberum Societatem relinquere.

n Greg. XIII. p. 225. & 231. & 236. & C. 5. D. 4.

Societas tamen potest illos dimittere.

o Ex. c. 7. §. 1. & Greg. XIII. p. 225.

3. Sunt igitur ex parte sua perpetuò obligati Societati, & in perpetuum Dei servitio consecrati; nec in illis votis quiscquam, præter Summum Pontificem, dispensare potest; cessantque solùm per legitimam à Societate dimissionem. n Et quia quibusdam Examini & Constitutionum locis malè intellectis Impugnatores Societatis abusi fuerant ad horum Votorum elevandam obligationem: declaravit Conc. 9. Dec. 39. prædictos locos in sensu intento à S. Fundatore, qui minimè obest obligationi prædictæ, sed eam aut confirmat, aut præsupponit.

4. At quamvis ex parte ipsorum perpetuò, ex parte verò Societatis tamdiu obligati sunt, quamdiu Præpositus Generalis eos retinendos esse censuerit: non proinde tamen obligata est Societas; sed libera manet ad eos dimittendos: o quæ quidem potestas dimittendi quosvis non Professos,

tam

tanquam res magni momenti ad Societatis puritatem, & conservationem retinendam, omninò intacta, & illibata esse debet. p Nec est injustum, si Societas libertatem ad eos dimittendos, quando non faciunt quod debent, retineat: quandoquidem initio ingressus id illis explicitè manifestatur; atque ipsi conditionem hanc amplectuntur; quæ eis multò est commodior; ut liberi potius, quàm Votis obligati, dimittantur. Et alioqui facilius est aliquem ab eo, quod debet, deficere; quàm Societatem, vel ejus Præpositum Generalem; quorum tantum erit posse dimittere: nec id sine causis justissimis (ut dicitur Part. 4. Cap. 7.) fieri debet. q

5. Licet ab initio Societatis hæc Vota redderent matrimonium illicitum quidem, sed non invalidum; & rejecta propositione facta, ut ad avertendum hoc incommodum in posterum eadem non simplicia, sed solemnia essent; statutum fuerit, ut si quid hujusmodi incommodi accideret, pro re nata provideretur: r Tamen postmodum à S. Sede statutum est, sic obstrictos, ante legitimam à Societate dimissionem, non posse contrahere matrimonium: quin imo eos omnes ad contrahendum in habiles, ac contractus hujusmodi nullos, & irritos esse. s

E 6. De

p Greg. XIII.
p. 226. &
Greg. XIV.
p. 284.

q Ex. c. 6. A.
& Greg. XIII.
p. 226.

Hæc Vota constituunt impedimentum dirimens matrimonii contrahendi.

r C. 1. D. 94.
& C. 2. D. 63.

s Greg. XIII.
p. 237.

*Vota in saeculo
emissa suspen-
duntur.*

† C. 1. Di. 32.

6. Demum Vota emissa in saeculo; etiam si per Professionem non tollantur, in Societate suspensa sunt, & sic eorum obligatio cessat, dum Nostri in Societate manent. †

SECTIO V.

De Effectibus Voti simplicis Paupertatis, non excludentis rerum Dominium, sed usum, & quando illud abdicandum.

*1. Non extin-
guitur Domi-
nium rerum
temporalium.*

*‡ Ex. c. 4. §. 2.
3. 4. 5. & P. 3.
c. 1. §. 7.
* P. 3. c. 1. §.
7. & F. & P. 4.
c. 4. E. & P. 6.
c. 2. H. & C. 1.
D. 139.
‡ Greg. XIII.
P. 230.*

1. **J**am praecipue considerandi sunt effectus, qui resultant à Voto simplici Paupertatis, quod post Novitiatus biennium emittitur. Et primò quidem hoc est peculiare, (nam de communibus cuicumque Religioso Paupertatis Voto dicitur Part. 4. Cap. 2. Sect. 1.) ut per emissionem illius, si tempore Novitiatus (ut parati ex se omnes esse debent, †) bona sua non abdicaverint, non amittant horum jus, atque dominium: sed ea retinere possint usque ad tempus Praepositi Generalis judicio praescribendum. * Idque concessum, tum alias justas ob causas; tum etiam ut majorem Societas habeat libertatem suos, cum opus fuerit, dimittendi. ‡

2. Sed

2. Sed licet Dominium retineatur, omni tamen Bonorum suorum administratione Nostri exuere se debent, ut primum Novitiatum ingressi fuerint, multò magis post Vota, si id ante non fecerint; & abstinere ab usu libero eorumdem, etiam in Nostrorum, multoque magis ejus loci, in quo resident, utilitatem. Intelligentq; quacumque ratione de iis bonis disponant, vel distribuendo, vel abdicando absque Superioris facultate, contra Votum Paupertatis peccaturos. *a* Poterunt tamen ex illis assensu Provincialis accedente, ea iis locis, ac piis causis, per modum eleemosynæ, applicari, quæ maximè tali auxilio egere Provincialis judicaverit. *a* Sed ut in propriam utilitatem eorum bonorum usus convertatur, nulli est concedendum. *b* Administratio verò bonorum nondum abdicatorum negata possessoribus, pro personarum, ac Provinciarum qualitate, judicio Provincialis illi committenda, qui majori eam fide tractaturus putatur.

Ufus Possessoribus non permit- tendus & quis superioribus permissus.

a Greg. XIII. p. 230. & Ex. c. 4. §. 4. & P. 3. c. 1. §. 7. & P. 6. c. 2. §. 11. & H. & C. 5. D. 10. & 50. h. 4. & D. 50. & C. 7. D. 17. §. 1. & 3. & C. 10. & D. 2. & C. 12. D. 36. & M. P. 17. *a* C. 7. D. 17. §. 3. *b* R. Prov. 90. c C. 7. D. 17. §. 2.

3. Hoc verò tempus, quo permittitur bonorum possessio, est quadriennium: in cuius prorogatione nulli, præterquam Generali, dispensare licet. Qua in re præcipuè spiritualis boni, & possessoris habendatio. *a* Pensiones tamen Ecclesiasticæ, si-

Ultra quadriennium tamen non proroganda ejus abdicatio.

d C. 7. D. 17. §. 5.

miliaque generum horum, quæ verè personalia sunt, & super Nostorum personis constituuntur, quibus absolutè, & in solidum abdicare se Nostros non expedit; Patris Nostri iudicio distribuenda erunt; ita ut nulla talium administratio apud illos maneat. *e* Porro definitum quadriennii tempus ita intelligendum est, ut eo in Societate expleto, tunc tantum quisque debeat sua bona abdicare, quando nempe ad annum vigesimum pervenerit, & in Vocatione stabilis iudicatur; nec patriæ leges diutiùs expectare cogunt. *f*

e C. 7. D. 17.
§. 4.

f R. Prov. 88.
& Or. c. 1. §.
10.

Ecquid agendum si prorogetur.

g C. 7. D. 17.
§. 6.

h C. 11. D. 15.
Quando praevertè hoc tempus liceat.

4. Quando verò, iudicio P. N., ob graves causas ultra quadriennium prorogata possessio fuerit, nullo modo ex annuis post Novitiatum proventibus debet quidquam possessionibus Nostorum accrescere: sed in causas pias fructus tales, cum in potestate Nostorum fuerint, impendendi sunt. *g* Si tamen aliter, atque hactenus dictum est, aut Provinciales disponant, aut disponi permittant (relicta in suo vigore Paupertatis obligatione respectu subditi bona possidentis) nullum in materia Voto-ve Paupertatis ex præcitato Decreto 17. Con. 7. gravamen imponitur, neque valor actuum eliditur. *h*

5. Quod si forte ante quadriennium exple-

pletum aliqui abdicare se in solidum suis in
 Nostrorum usum voluerint, solius P. N.
 iudicio hæc abdicatio committenda.
 Hoc eodem tempore, si de annuo censu,
 vel etiam de rerum proprietate in externas
 piasque causas disponere vellent, impe-
 diendi non essent; neque ad id Generalis
 assensus requiritur. ^l

i C. 7. D. 17. §.
 7. & Or. c. 1.
 §. 10.
 l Ex. c. 4. §. 5.
 & P. 3. c. 1. §.
 7. & C. 2. Dec.
 Defin. post D.
 23. & C. 7. D.
 17. §. 7. & Or.
 c. 1. §. 10.

S E C T I O V I.

*Quid servandum in abdicatione Bono-
 rum, & consequentibus ad illam.*

1. **A**T Domini abdicatio primò ita
 facienda est, absoluta inter vivos
 donatione, ut omnis fiducia submoveatur
 dimissa bona ullo unquam tempore recu-
 perandi: ^m & propterea Renunciationis
 formula, recognoscenda à P. N., ea esse
 debet, ut quantum fieri possit, artificia
 nulla profint eludere volentibus observa-
 tionem eorum; quæ in hac materia Socie-
 tas tam studiosè, tamque sollicitè sibi esse
 cordi demonstravit. ⁿ

*Forma Abdica-
 tionis.*

^m Ex. c. 4. §.
 1. & C. 7. D.
 17. §. 4.

ⁿ C. 10. D. 2.

2. Licèt Nostris, qui de suis bonis sunt
 disposituri, integrum sit pactiones cum
 suis parentibus, & quibuscumque aliis de
 legitima parte, & aliis bonis ad se perti-
 nen-

*Qui ante il-
 lam monendi,*

mentibus inire : admonendi tamen sunt illi prius , Societatem ipsam ad ea bona nullum jus habere. Nullæ tamen hujusmodi pactiones deinceps iniantur ; nisi prius Generalis Præpositus de conditione & animo Fratris , de cujus legitima parte , vel bonis agitur , & de necessitate Provinciæ , in qua sunt bona , & de re tota diligentè informetur : & universa hujus rei praxis ex illius judicio , & gubernatione exerceatur ; & Instructio ad Provinciales circa praxim hujus Decreti fiat. °

6 C. 3. D. 39.
& C. 4. D. 65.
& R. Prov. 87.
88. & Ord. c.
1. §. 10.

Omnia abdicanda.

3. Debet præterea hæc Abdicatio esse universalis ; ita ut Bonorum omnium dominio , si quod habent , etiam pensionum , ac censuum , sive realium , sive personalium , sive vitalitiorum ; quin & jure omnino suo exuere se Nostri teneantur , ubi primùm per ætatem , & patrias leges licebit (ut supra dictum est) quando id consultum P. N. judicaverit. Circa Pensiones tamen Ecclesiasticas , & similes servandum , quod supra proximè superiori Sect. §. 3. dictum est. ¶

¶ C. 7. D. 17.
§. 4.

Pensiones annua Nositorum quo pacto administranda.

4. De Pensionibus annuis , quæ Nostri aliquando assignatæ sunt , statutum est
1. liberum hujusmodi pecuniarum usum nemini prorsus esse concedendum. 2. Pensiones hæc , quoad ejus fieri poterit , certo alicui Societatis domicilio esse applicandas :
ad

ad cuius Superiorem plena de pecuniis inde
provenientibus dispositio pertineat. 3. De-
nique, si hæc ex aliquo casu fieri applica-
tio non possit; id certe semper fixum, ra-
tumque, debere summam integram pecu-
niarum illarum, sive pensionum venire in
manus, potestatemque Superioris localis,
vel Provincialis, pro arbitrio Generalis. q

5. Circa Abdicationem explicandum est,
in quorum utilitatem cedere illa debeat. Et

1. Bonorum distributio in res debitas, &
obligatorias, si quæ fuerint, & tunc quàm
citissimè facienda est. r 2. Si tales nullæ
fuerint, in pia, & sancta opera, juxta
propriam devotionem, seu pauperibus bo-
na distribuenda sunt, & à se omnem fidu-
ciam submovendo eadem ullo tempore re-
cuperandi; ut consilium Evangelicum, quod
non dixit, da consanguineis, sed pauperi-
bus, perfectiùs sequamur; & ut exem-
plum omnibus exhibeatur inordinatum
erga parentes affectum exuendi, atque ut
ad eos recurrendi aditus præcludatur. s

6. Si dubitaretur num majoris foret per-
fectionis, dare consanguineis hujusmodi
bona, quàm aliis, propter parem, vel
majorem ipsorum penuriam; res transi-
genda est, ad declinandum erroris pericu-
lum, ex arbitrio aliorum, quos cum ap-

q C. 12. D. 37.

Bona in pios
usus distribuenda.

r Ex c. 4. §. 1.

s Ex c. 4. §. 1.

2. & P. 3. C. 1.

§. 7. & 25. &

C. 2. Decret.

Defin. post.

23.

Et si in consan-
guineos, non
temerè fiat.

probatione Superioris renunciaturus elegerit, ut supra Cap. 4. Sect. 2. dictum est. *Ex c. 4. §. 3. & P. 3. c. 1. G.* Curabit verò diligenter Præpositus Generalis, ut in hujus Constitutionis praxi finis præ opinioni, & scandalis occurratur. *u C. 2. D. 76.*

Et si Societati dispensantur, non certo loco addicenda.

7. Si quis autem, motus sua devotione, vellet bona sua, vel eorum partem in Societatis subsidium dispensare: haud dubiè opus faceret majoris perfectionis, alienationis, & abnegationis universi amoris proprii, non descendendo, tenero quodam affectu, ad particularia loca; quin potius, exoptando majus, & universalius bonum Societatis, ei, qui ejus universæ curam habet, judicium relinquat; num applicari huic loco potius, quàm illi in eadem Provincia ipsius bona debeant. Quæ quidem major perfectio renunciaturus repræsentanda est. Nihilominus, si in eo propensio animi ad determinatum locum cerneretur; etiam si judicio Superioris se submittere vellet; certior fiat Præpositus Generalis, ut dispiciat, an sit aliquid hujusmodi imperfectionis tolerandum; sperando quod ea cessabit aliquando, supplebitque divina bonitas, quod ad suam majorem gloriam, & majorem ipsius perfectionem deesse cernitur. Erit igitur in manu Præpositi Generalis potestas eam applicationem probandi,

bandi, vel improbandi. Quare admonendus per Provinciam est de bonorum valore, & de animo relinquentis, & de necessitate Provinciæ, si in ea sunt bona. x
 Quod si contingat, ante approbationem Generalis, donantem sua bona certo alicui Collegio, vel mori, vel professionem emittere; erit in potestate Generalis donationes hujusmodi ratas habere, atque admittere. y

8. Habenda etiam est ratio Regum, Principum, ac aliorum Potentatum, ne ex hac applicatione bonorum uni potius loco, quàm alteri facienda, eis causa ulla offensionis detur; sed ad majorem ædificationem omnium, & spiritualem utilitatem animarum, & gloriam Dei omnia cedant. z Propterea circa extractionem pecuniarum ex aliqua Provincia vel Regno observanda sunt edicta Regia. a Et in gratiam eorundem Principum, adeò religiosè observandum est, quod supra indicatum fuerat de Bonis applicandis intra eandem Provinciam, quando in commodum Societatis cessura sunt; ut si aliquis imperfectionem sequutus particulari alicui Societatis nostræ loco, extra Provinciam, applicare sua bona velit; nec acquiescere velit dispositioni faciendæ à Generali: tunc

ea

x P. 3. c. 2. §. 9. & H. & R. Pro. 88. & C. 2. Decret. Defin. post. 23.

y C. 11. D. 17.

Sed neque extrahenda è Provincia.

z P. 3. c. 1. §. 9.

a C. 2. D. 15.

b C. 2. D. 23.
& adjuncto
Definitorum.

Quid hic no-
mine Provincia
veniat.

c C. 3. D. 16.

Dispensatio in
gratiam Semi-
nariorum.

d C. 3. D. ul-
timo & C. 4.
D. ultimo.

ea bona à Societate nostra non admittan-
tur; sed ea teneatur in veros Christi pau-
peres extra Societatem dispensare. b

9. Per eandem Provinciam intelligenda
est Provincia, in qua sunt bona; non au-
tem in qua quis Societatem ingreditur, aut
versatur; sumpto tamen Provinciæ nomi-
ne, more Societatis, prout scilicet subest
uni Præposito Provinciali. Et in hujusmodi
Provincia tantum, & non alibi bona illa
distribui debent. Quod si in eadem Pro-
vincia sint plura dominia diversis Principi-
bus subjecta, diligenter servanda Consti-
tutio superius citata; ut scilicet in transfe-
rendis hujusmodi Fratrum nostrorum bo-
nis ex uno dominio in aliud, vitentur of-
fensiones Principum. c

10. Occasione necessitatis Collegii Ro-
mani data est facultas Patri Generali, ad
certum tempus, dispensandi in supradictis
Decretis, etiam pro reliquis Seminariis
omnium Provinciarum, habita ratione
necessitatis, & communis boni; ut cum
quis in his locis ad Societatem admittitur,
possint ejus bona, quæ in alia Provincia
fuerint, applicari illi Seminario: modò
scandalum semper in his distributionibus
vitetur. d Quæ facultas sine limitatione
temporis concessa est intra Regnum His-
pa-

paniæ, & similiter ad alia Regna proro-
gata. e Ac demum enixè commendatum e C. 6. D. 8.
est Provincialibus, ut omnia tentantes,
Seminaria juvent, vel iis applicando No-
strorum legitimas, & similia Provincialis
dispositioni permiffa, vel contributione f C. 8. D. 60.
aliorum Collegiorum. f §. 3.

II. In univèrsum magnopere curet Pro-
vincialis, ut bona applicata Societati cum
ædificatione exigantur; potiùsque per Pro-
curatores externos, quàm per Nostros. Ex-
pedit quoque, ut ex his eleëmofynæ ali-
quæ in pauperes ejus oppidi, ubi sunt bo-
na, distribuantur; & ratio dati, & accepti
talium bonorum scripto constet. g

*Ædificatio cu-
randa dum exi-
guntur.*

g R. Prov. 89.
& Or. c. 1. §.
10.

SECTIO VII.

De obligatione reliquorum Votorum.

I. **C**irca Votum Castitatis jam dictum *De Votis Casti-
tatis & Obe-
dientia.*
est, unà cum aliis esse Impedimen-
tum dirimens Matrimonium, & de ejus
Angelica puritate sectanda dicitur Part. 4.
C. 2. Sect. 2. De Obedientia, quatenus
præcisè Votum est, nihil occurrit peculiare
hujus Instituti, quoad voti obligationem
attinet; alioqui in Societate hæc virtus pe-
culiari studio curanda est, ut infra Part. 4.
Cap. 2. Sect. 3. referetur.

2 Su-

*De quarto Voto
ingrediendi So-
cietatem.*

2. Superest de promissione illa adjecta ingrediendi Societatem, quæ habet vim quarti Voti : & de hac præter dicta supra Sect. 3. §. i. dum explicaretur quid proponendum esset Novitiis in fine Biennii, sufficiat addere 1. obligationem extendi etiam ad Coadjutores Temporales. *h* 2. vi ejusdem, etiamsi præceptum Obedientiæ non superveniat, teneri unumquemque imperatum Gradum vel Professi, vel Coadjutoris Formati suscipere; & si non fuerit obsecutus, censendum in malo statu esse, atque ab Sacramentorum usu, & administratione excludendum. Non vetatur tamen proponere Superioribus rationes, consuetudo Societatis more, quas scriptas tradet; sed perstantibus in sententia parendum. *i*

i C. 5. D. 50.
§. 1. & C. 7.
D. 32. & Cl.
c. 6. §. 9.

